

Franz Albert Aepinus

**Programma Funebre, Qvo Justa Solennia Cineribus Viri ... Domini, Dn. Jonæ Schmidt, Senatoris De Publica Rostochiensium Re Optime Meriti ... Abs Relicta Familia Mœstissima, Hodie Christiano Solenniqve Ritu Parata, Indicit ... Cives Academicos ... Qva Decet Observantia Et Humanitate, Convocat Ac Invitat**

Rostochii: Typis Ioh. Iac. Adleri, [1745?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1797330454>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Protokolle Protokoll-Programme,  
unser Freundfälle in dortigen bürgerl. Familien burs.

(Zinsvertrag in nobilitierten Familien:


Nettelblatt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann  
i. O. )

82 Stücke

Mk1b Gen - 40  
2/3 II

9/1  
Herrn.  
1833.





1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30


Leichenprogramme, alphabetisch geordnet  
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L - Z

1. Quistorp, Anna Christina, geb. Lenthe. 1753
- 2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. — , Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Neusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelsen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
- 12/13. Jaddel, Isabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelblatt, Heinrich [Vater] 1735.
- 16/17. — — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. — , Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
- 24/25. Engelsen, Maria, geb. Paulsen. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Pohn, Wilhelm. 1751.
- 28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
- 31/32. — , Johann Jakob. 1767.
33. — , Lorenz Gottfried. 1743.
34. — , Johannes Christian. 1722.

35. Ressor, Julius Friedrich. 1740
36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.
37. Richter, David. 1753.
38. Danckwarth, Catharina Emerentia geb. Schaeffer. 1737.
- 39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721
41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.
- 42/43. Schmidt, Jonas. 1745.
- 44/45. Schoepffer, Johann Joachim. 1719.
46. Schuckmann, Heinrich. 1706.
47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.
48. Schmidt, Isabe Margaretha, geb. Schwabe. 1743.
49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.
50. Senst, Agneta Sophie, 1729.
51. — Hermann Peter. 1728.
- 52/53. Sibeth, Karl. 1734.
54. Sivers, Jakob. 1729.
55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.
56. Spalding, Johann David. 1757.
57. — Thomas. 1743.
58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.
59. Stein, Walthier. 1739.
60. Stever, Johann Kaspar. 1729.
61. — , Johann Valentin. 1755.
62. — , Theodor Mattheus. 1735.
63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.
64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.
65. Stolte, Christian Rudolf. 1680-1731.
66. — — — 1711-1736.  
Heinrich Christian. 1715-1736.
67. — , Peter. 1733.
68. Jöppel Margareta Catharina; verh. Oldenburg. 1774.

69. Verpoorten, Theodor. 1728.  
70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Heidenkopf. 1726.  
71. Weidner, Johann Joachim. 1732.  
72. Weiß, Gottfried. 1697.  
73. Wetken, Johann Georg. 1716.  
74. Wilde, Joachim. 1737.  
75. Weidner, Johann Joachim. 1732.  
76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.  
77. Willebrand, Martin Albert. 1746.  
78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.  
79. Wolfraath, Dietrich Samuel. 1753.  
80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.  
81. Zaidler, Johannes. 1727.  
82. Zinck, Johannes. 1732.



PROGRAMMA FUNEBRE,

QVO  
JUSTA SOLENNIA  
CINERIBUS

VIRI

PRÆ-NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,  
AC PRUDENTISSIMI,

D O M I N I,

D N. J O N Æ

S C H M I D T,

SENATORIS DE PUBLICA ROSTOCHIEN-  
SIUM RE OPTIME MERITI, ATQUE JUDICII GE-  
WETTÆ ASSESSORIS FULGIDISSMI,

ABS

RELICTA FAMILIA  
MŒSTISSIMA,

HODIE CHRISTIANO SOLENNIQUE RITU PARATA,

INDICIT,

ATQUE AD COMITANDVM HOCCE FUNUS,

CIVES ACADEMICOS O. O. HONO-  
RATISSIMOS,

QVA DECET OBSERVANTIA ET HUMANITATE,  
CONVOCAT AC INVITAT

ACADEMIÆ b. RECTOR,

FRANC. ALBERT T. ÆPINUS,

S. TH. D. PROF. DUCAL. PUBL. ET CONSIL. CONSISTOR. COLLEGII  
DUCAL. PROFESSOR. ET FCTATIS THEOL. SENIOR, HUIUSQVE. P. T.  
DECANUS.

ROSTOCHII,

Typis IOH. IAC. ADLERI, SERENISSIMI PRINCIPIS & ACADEMIAE Typographi.

PROGRAMMA LUTHERI

IUSTA SOLENNIA

VERI

ACADEMIAE AMPLISSIMAE

ACADEMIAE

DOMINI

MDCLXXII

SEHMIDT

ROSTOCKI

MDCLXXII

ACADEMIAE

AMPLISSIMAE

ROSTOCKI

MDCLXXII

ACADEMIAE


AMPLISSIMAE

ROSTOCKI

MDCLXXII

ACADEMIAE

AMPLISSIMAE



tertium jam est, CIVES ACADEMICI O. O. HONORATISSIMI! quod, nondum plenè finito hujus, quem, volente sic Supremo vitæ necisque nostræ Domino, vivimus, Anni primo dimidio, hodie ducendum ac comitandum nobis est, in hac Civitate Senatorium funus.

Paulo quippe post initium anni finem vivendi fecerat B. HÜLSENBECKIUS, Vir literarum non ignarus, qui, Academicâ cum Civicâ vitâ, studiisque, quorum gratia primum huc advenerat, cum mercaturâ negotiisque permutatis, posteaquam varia, quæ Civibus incumbere solent, publica munia egregiè gesserat, ad Senatoriam tandem evectus fuerat dignitatem. Sequebatur illum non multò post B. OERTHLINGIUS, non minus consiliis gravis Vir, ob integritatem ac amorem justitiæ, quas statum suum decentes virtutes in omnibus vitæ civilis actionibus probaverat, cunctis charus atque

A 2

desi-

desiderabilis. At ecce ! nondum sanato hoc duplici , quod Ampliffimum Collegium Senatorium tam brevi perpeffum est , vulnere , de novo sibi jam tertium inflictum sentit , experitur ac dolet. Placuit enim humana quæque dirigenti providentiæ divinæ , ante hoc elapsum octiduum , è statione suâ hinc avocatum , quoad ipsius animam , in cœlestem Angelorum Sanctorumque beatorum curiam introduci Virum Præ-Nobiliffimum, Ampliffimum ac Prudentiffimum, Dominum JONAM SCHMIDT, Senatorem atque Judicii, quod Gewettæ nomine venire solet, Assessorem graviffimum, de publica Rostochii re , per varia , quæ Civis adhuc olim gesserat, officia, nec minus salutaribus, ad commune bonum directis, consiliis operisque præclare meritum , magnumque propterea sui desiderium apud æquos rerum æstimatores omnesque probos relinquentem.

Cui cum funebrem , quæ dicitur , laudationem , ceu virtuti, meritis memoriæque discedentium à nobis debetur , conscribere desideratum à me fuerit, id, opinor , haud melius expedire me posse , quam ostendendo, pie Defunctum non Virum solum , non tantum Patremfamilias, sed & Civem bonum, sed & tandem etiam eximium Senatorem se patriæ præbuisse. Non equidem opus est, ut illud nunc temporis nobiscum unâ viventibus demonstretur, siquidem id in tam clara luce potius positum, ut oculos omnium perstrinxerit , & hinc omnium ore unanimique consensu collaudetur : quare, nec ullum asserto meo contradicentem me habiturum esse, persuasus sum certiffimeque confido. Veruntamen, quia posteritatis quoque habenda nobis ratio est, ut intelligant non solum, si qui futuri nobis sunt, successores ac posterii, quales eorum prædecessores fuerint, quomodo se gesserint, quidve præclari Publico præstiterint, sed etiam eorum exemplo discant, quid sibi sit agendum, si similem mereri laudem volupe sibi ducant, & gratam suis posteris relinquere velint recordationem : Idcirco B. hujus Viri vitæ curriculum, aliis quod usui esse potest, tanquam imitatione omnino dignum, delineare, non inutile, nec supervacaneum fore, reor. In eâ namque sum opinione, hujusmodi vitarum & actionum à viventibus exantlatarum descriptiones non tam propter defunctos, quibus videlicet amplius prodesse nequeunt, nisi quod eorum memoria hoc pacto conservatur ; quam in vita superstitum atque posterorum in gratiam, esse consignandas. Hunc, arbitror, esse debere, si non solitarium, saltem præcipuum omnis biographiæ scopum, quem & ipse, quotiescunque Defunctis parentandi occasio mihi data, mihimet præfixi, nec ab eo in præfenti recedam.

Ut autem vetustum illum, ab omnibus fere, qui vitas aliorum describere, receptum morem non migrem, Progenitorum B. Viri memoriam negligendam aut prætereundam non esse, haud difficulter intelligo, quin eandem hac occasione reficere, non injucundum, nec inutile ducam. Non dicam de Genealogiis Magnatum & Illustrium Familiarum, quarum in inquisitionem accuratiorem hodie veritatis Historicæ amantes non pauci desudant; siquidem & privatorum prosapiæ recensiones quam multa non raro continent notatu non solum, verum & admiratione non indigna. In iis etenim sæpe singularia directricis providentiæ  
Cœli

Cœli, circa mortalium genus occupata, ac illustria elucescunt & apparent documenta. In iis quasi speculum nobis repræsentatur, in quod intuentes, nos ipsos, quales aut simus, aut esse debeamus, contemplari, atque dijudicare possumus. In iis varia subinde de patria, quid? de humano genere bene meritorum exempla proponuntur, quæ, dum utilium societatis nostræ membrorum, ad posteros quoque propagandam, nomenclaturam jure meritoque sustinere cupimus, unumquemque pro concessarum sibi divinitus dotium viriumve mensurâ, nos imitari decet. Quid? quod in iis etiam occurrat, ex quo de eorum, quos nobis ereptos desideramus atque dolemus, indole haud temerarium plane judicium ferri queat. Quantumlibet enim, experientiâ non rara reclamante, asserere non ausim, â probis probos, & â benè meritis benè merituros semper prognasci; satis tamen erit, non semper etiam talismodi conjecturas fallere, quin potius, una cum sanguine virtutis amorem, accedente cum primis ad bonum educatione ac institutione congruâ, â Genitoribus in genitos derivari ac veluti transplantari, non sine verosimilitudinis specie, colligi sperarique queat. Num autem talis de recens quodam natò concepta bona spes sperantes frustrata sit, id demum exitus illius è vitâ docere potest. Certè, de B. nostro Dn. Senatore SCHMIDIO quam conceperant, fallacem non fuisse, vel integer illius vitæ cursus demonstrabit ac contestabitur: ad quem igitur recensendum nos convertemus.

Quandoquidem autem, in Genealogiarum enarrationibus multa non raro tam admiratione, quam notatu digna contineri, dixi, non frustra fortean erit, in antecessum moneri, hæc talia in prosapiæ Schmidianæ recensione luculenter elucere, sicut â quovis eam vel fugitivè legente haud difficulter animadvertum iri, reputo, ut singulorum applicatione, brevitatibus studio, supersedere mihi licuerit. Initium autem descriptionis meæ facturum sum ab ipsâ, quæ florentissimam hancce Familiam in patriam nostram terram aliunde transplantavit, stirpe, propagationem ejusdem inter nos deinceps additurus. Alsatia quippe fuit, quæ Mecklenburgicam terram eadem, ejecta ex sese expulsâque, ornavit, ut hic radices ageret, furculosque progerminaret, qui magis excrescentes, ramis cum tempore diffusis, Patriæ nostræ fructus proferrent, ac commodarent, quales partim jam percepit, partim uberiores sperare & expectare potest.

Stirps autem illa, quam dixi, terris jam nostris insertæ hujus Familiæ beate defuncti Dn. Senatoris AVUS exstitit, Vir inter Alsatos olim & Nobilissimi sanguinis, & Status splendidissimi, amplissimæque dignitatis, DN. JONAS le SMIZ, in patriâ quidem Anno MDCII. natus, denatus autem Gustavoviæ, Anno MDCLXXVI. septuaginta quatuor annorum Senex. Fuerat ille non solum â fortunâ, quæ dicitur, rectius autem, divinâ providentiâ, bonis hujus sæculi non parcâ manu donatus, prædiorum aliquot Possessor ac Dominus, sed etiam ad majus honoris atque dignitatis civilis fastigium, id quod virtutibus suis sibi promeruerat, e- vectus, Judiciorum in tractu, quem *Ober-Winter* appellare dicuntur, Præses five Director, Germanicè *Ober-Richter*, constitutus. Hac ille quidem in Patriâ felicitate fruebatur cum Coniuge dulcissimâ, tam ortu Generosâ, quam virtutibus propriis exornatissimâ Matronâ,

B

AVIA

AVIA Beati Nostri, DN. MARIA de **ESSENEN**, cujus itidem ossa terra Mecklenburgica tegit, posteaquam, raro exemplo, nonum ætatis supra octogesimum annum agens, d. 15. Mens. Octobr. Anni MDCLXXXI. mortalitatem hancce deseruit.

Sed oportuit optimum hoc par experiri, quod bene multis aliis jam ante, furente Papistarum adversus Religionem dissidentes fervore, contigerat. Alit hodie Patria nostra non paucas florentes jam inter nos familias, quarum majores olim, ob constantiam in agnitâ religionis Evangelicæ veritate, sedibus suis expulsi opibusque spoliati, metuue persecutionum Papisticarum, variis ex terris & regionibus auffsugientes, refugium suum in Ducatu Mecklenburgico quæsierunt, prompteque recepti invenere. Talia quoque fata manserunt eam, cujus ergo hæcce commendandi nobis occasio data. Laudatum namque Virum, cujus animum nec blanditiæ nec minæ ad apostasiam commovere valuerunt, adeò persequebatur Adversariorum Zelus Religiosus, sed non secundum scientiam, ut ab officio dejectum, dein & prædiis ceterisque bonis exutum, cum Conjuge duobusque Natis emigrare, peregrinasque terras quærere cogeret, viatici loco, quo in viâ se sustentarent, non nisi quatuor imperialibus solidæ monetæ, vulgo 4. species *Reichshaler*, ei concessis, reliquâ, quâ Cœli benedictio eum ditaverat, substantiâ Fisco, quem dicunt, adjudicatâ. Scilicet! talis est tantaque Pontificiorum, cumprimis Jesuitarum inter eos, erga miseros misericordia, erga homines humanitas, & erga Christianos charitas Christiana. Non autem destituit istorum miseriam misericors DEUS, sed eos illustri nobis exemplo voluit esse, sese nescire fidentem deseruisse. Receperant initio se quidem in Frisiam Orientalem, at ibi non inveniunt unde vitam diu honestè conservarent, recordatus B. Vir, se Serenissimi regnantis jam tum Ducis Mecklenburgici, GUSTAVI ADOLPHI, gl. mem. quondam, cum hic in juventute Studiis in Academia Argentoratensi Alfactorum incumberet, gratiam consequutum, clementiam expertum fuisse, non dubitavit, quin Clementissimus hicce Princeps, si de novo gratiam ejus ambiret, in memoriam illi revocatâ veteri conversatione atque factorum suorum miserandique status factâ submissâ relatione, subsidio sibi suisque futurus esset. Neque spes eum frustrata est. Statim enim ac illa Principi nostro comperta facta, Virum cum suis accersiri jussit, qui adeò, currente septimo Seculi superioris decennio, Gustrovium adventans exceptus, mox & ipsi de alimentis ceterisque vitæ necessariis Ducali Clementiâ prospectum fuit. Id quod non ipse solum gratus per vitam omnem agnovit, sed & superstes ejus Familiâ vel hodiernum sæbmissæ mentis gratitudine deprædicat. Cum autem ille in Aulâ frequentioris esset admissionis, vitium hortique culturæ callentissimus pariter ac amantissimus, benignissimo Hero suo svasor exstitit, ut in insulâ, Ducali sedi proxime vicinâ, quam ab amœnitate cum naturali, tum artificiali, formosam, vulgo *die Schön-Insul*, appellitant, & vinetum, & umbrosum tiliaceum nemus plantari, iisque hortum varii generis & sensus & mentem oblectantibus peregrinis ac pretiosis plantis repletum jungi curaret, quod & Principe jubente, illius tam consilio, quam directio-

ne

ne effectui datum. Et adeo hæc omnia Serenissimi animum voluptate perfundebant, ut postea ducalem oblectationibus inservientem domum in eadem insulâ extruendam animo conciperet, cuius autem, majorem propemodum partem jam jam extructæ, exædificationem accelerans inopinato Principis mors impedivit, ac operæ nondum integrè perfectæ terminum imposuit, sumtibus non exiguis frustra hætenus impensis. Superfunt interim horum omnium vestigia ruderave, quæ Gustroviensibus Viri hujus refricare memoriam qveunt. Hic igitur ob fortunæ varietatem, & in purificatâ à quisquiliis Papæis, B. Lutheri ministerio, Religione constantiam, memoriâ dignus Vir stirps erat amplificatæ cum tempore ac efflorescentis in Megapoli Familiæ. Progenuerat is quippe filium, GENITOREM nostri Dn. Senatoris, Patri homonymum, DN. JONAM SCHMITZ, ex Alfatia quidem oriundum, Anno MDCXLII. d. 10. Januar. in lucem editum, sed una cum Patre Patriâ exclusum, Gustrovii, cum trigessimum quintum ætatis annum vivendo nondum compleverat, d. 17. Maji mensis, Anno MDCLXXVII. ad Superos hinc abeuntem. Cujus è vitâ notabilem exitum silentio penitus premere, vix arbitramur licere, cum ille adversus Herum suum fidelitatis exemplum memorabile suppeditat. Contulerat se nimirum verno quodam tempore alte memoratus Serenissimus Princeps, GUSTAVUS ADOLPHUS, animi recreandi causâ, paucorum duntaxat, qui aliàs à servitiis ipsi solebant esse, comitatu stipatus, in supra dictam insulam formosam, quæ & theriotrophio, ad varii generis animalia ibi congregata alenda, destinata erat, ubi cervus quidam in æstu effrenus ac fervore furiosus forte in obvium sibi factum Principem incurrit, interitum ipsi quasi minatus. Id quod Noster cernens, quâ erat in Dominum suum pietate, proprii sibimet imminentis periculi immemor, ita se audacter istius cervi opposuit furori, ut ipse Princeps quidem, quem DEUS subditorum suorum bono servatum voluit, salvus & incolumis evadens, in tutum se reciperet, furens autem bestia in defensorem illius eò vehementius irrueret, ut compressum eum planè supprimeret opprimeretque. Paucis namque diebus post animam ille suam, piè tamen placideque, exhalavit, lætus, se benefactoris ac Heri sui vitam morte sua redemisse. Nec ipse Serenissimus, casum hunc acerbè dolens, intermisit propterea gratiam erga defunctum suam testari, dum apparatus ossibus illius funus in propriâ personâ comitari dignatus est, sicut & postmodum, quotiescunque occasio se quædam obtulit, pietatem illam atque fidelitatem erga se SMILZII sui, non sine multis elogiis, gratitudinis quippe clementiæque signis ac indiciis, deprædicare non dubitavit.

Hicce laudandus Vir, quem Mecklenburgum velut de cælo sibi missum Regnantis sui Ducis sospitatorem respexit, licet in optimo virilis ætatis flore decesserit, duplex tamen inierat conjugium. Et prius quidem Anno MDCLXV. autumnii tempore, cum Viduâ quadam, cujus ab eo non annotatum inveniri potuit nomen, quam è Stargardia, Megapolitanæ ditionis, Gustrovium deduxerat. Hæc eum statim è priori matrimonio susceptæ privignæ Vitricum fecit, quæ nuptui deinceps data Illustri Viro DN. De BROMBERG, Serenissimi Electoris Brandenburgi,

ci, Confiliario Intimo, Berolini domicilium habenti. Sed & ipse felicem eam expertus est foecundamque liberorum Matrem. Duos etenim illi filios peperit, unum JOHANNEM nomine, d. 12. Julii, Anni MDCLXVI. in lucem editum, qui sub Imperatore gloriosissimo, LEOPOLDO, stipendia merens, & Locumtenentis spartâ functus, in Hungaria contra Turcas fortiter pugnans, sævis hostium armis succubuit. Alterum DANIELEM, Anno MDCLXXIX. d. 2. Aprilis lucem hanc primum aspicientem, in Regiâ Danorum sede sedem fortunarum suarum sibi figentem, inibique mortuum. Quibus fratribus & sororem junxit MARIAM CATHARINAM, utero materno Anno MDCLXXIII. mensis Maji die 4. egressam. Quæ, Berolini in ædibus Sororis uterinæ Brombergianis majorem ætatis tenerioris partem educata, in matrimonium, accrescentibus annis, elocata Viro Nobilissimo integerrimoque Dn. JACOBO WESTPHALIO, prædii cujusdam propè Prentzloviam, urbem Ucaro-Marchiæ non ignobilem, Pensionario, in administrandis œconomix rebus exercitatissimo. Hæc facta Mater est Præstantissimi Dexterrimique Dn. CHRISTIANI FRIDERICI WESTPHALII, inter primarios hujus loci Civis & Mercatoris florentissimi, quem ex charissimâ Sorore Nepotem suum B. DN. Senator noster ad extremum usque vitæ terminum constantissime dilexit ac amore suo dignum æstimavit.

Verùm, completo sic ternario, volente Numine supremo, satis jam erat prolium ex isto primo Viri conjugio suscipiendarum. Posteaquam enim, quam impensissimè dilexerat, Uxor hæc nominatam mox filiulam, ante mensium circiter octonarium, enixa, jubente Numine supremo, Anno MDCLXXIII. currente mense Decembri, vivere desiit, istam pariter ac ipsius fraterculos, matre orbos, maritumque Viduum relinquens. Ut ne verò sibi deesset, quæ cum ætatis tunc tenerrimæ liberorum in se susciperet educationem, tum domum remque familiarem moderaretur, appropinquante sequentis Anni fine, secundas, auspicio satis felici, quantumlibet brevi duraturas, nuptias contraxit cum B. nostri Dn. Senatoris GENITRICE, Viragine tum omnibus sui sexus virtutibus cumulatè decorâ, MARGARETHA SUNDSCHENBERG, Anno MDCLII. nata, denata verò hîc loci, septuagenario ætatis proximè vicina, mense Januario, Anno Seculi nostri XXmo. Atque per hanc

AVO gavifus est B. Noster Præstantissimo Viro, Dn. HANS SUNDSCHENBERG, qui, Anno MDCXV. aurâ vitali vesci cepit, initio quidem Oeconomix rurali se mancipavit, prædioque haud longè abhinc dissito, Filtz dicto, ceu Pensionarius, qui vocatur, præfuit. Deinde vero, mutato consilio, isti negotio civicam præferre vitam mage sibi consultum ducens, in urbem hanc, comparato hic domicilio, cum Familia suâ se contulit, id infortunii passus, ut non multo post feralis istius, fermè dimidiam urbis partem absumentis incendii non modo testis esset, sed & propriam domum, cum gravi supellectilis aliorumque bonorum jacturâ, conspiceret conflagentem. Cui damno tamen per integra tria lustra & quod superat, patienter ipsum ferendo, superfuit ac supervixit, donec, octogenarius Senex, An. MDCXCV. Februarii mensis d. 27. deposito, quod est in nobis corruptibile, hancce deseruit mortalitatem. Conciliaverat ille B. Dn. Senatori

AVI-

AVIAM maternæ lineæ, Matronam ut reliquis virtutibus muliebri-  
bus coruscantem, sic DEO devotissimam, ELLISABETHAM PRUGENY-  
ENSIS, Anno MDCXXV. mundum hunc ingressam, egressam autem ex  
eodem Anno mariti obitum insequente, octava mensis Februarii luce.  
Sunt hæc, CIVES HONORATISSIMI! de proximis B. nostri Dn.  
SENATORIS SCHEMIDORFEN, Progenitoribus dicta, quæ de illius ori-  
gine nobis sufficiant, quibus altiùs in utrâque linea ad Proavos Abavos-  
que, & qui sunt ulterius Majores, ascendere concessum non est. Neque  
hoc unquam a Viro B. desideratum fuisse, compertum habemus, utpote  
qui, propriis virtutibus ac operibus aliorum calculum & existimationem  
mereri, quam alienis, ut in proverbio dicitur, plumis, cujusmodi Paren-  
tum ac Avorum merita & laudes utique sunt, semet ornare, satius sem-  
per magisque honorificum ducere solitus erat. Interim nec fuit, cur Ge-  
nitorum suorum vel memoriæ vel nominis inter nos eum pudere po-  
tuerit, quod eapropter monendum, ut ne quis imprudens, ex observatâ  
jam illâ gentilitii nominis mutatione, diversi quid, aut adversi temerè su-  
spicetur. Hæc enim non ab aliâ causâ, sed mero casu evenit, solique  
vulgi vel errori vel abusui debetur. Cum enim Genitor Defuncti, vix  
septem duntaxat mensium tum infantuli, tam citò ex vitâ, sicuti relatum,  
eriperetur, relicta Vidua Mater die SMITZENSIS vel SMITZIN no-  
minanda fuisset, quod verò nomen facile in Schmidtscum primum ab im-  
peritiâ vulgi transformatum, successu temporis autem ita invaluit, ut  
communiter ab omnibus ita compellaretur, cum & plures aliæ sint in  
hoc terrarum tractu familiæ Schmidiorum cognomina gerentes. Quid  
ergo mirum, quod & illius filio paulatim, cum adolesceret, ac porro, per  
ætatem omnem, loco Schmitz, Schmidii nomen adhæserit, hæreditarium  
nunc longi temporis usu factum? Noluit enim Beatus multitudinis, quâ-  
cum sibi convertendum fore videbat, consuetudini refragari, ne singu-  
laritatis, aut affectationis cujuspiam in suspensionem incurreret, eaque pro-  
pter ab aliis impositum sibi nomen SCHEMIDORF ipsemet usurpavit.

Hujus jam Viri, quocum ejus Familiâ, levi facta mutatione, novum  
adepta gentilitium nomen est, quo nos inter inclaruit, vitam descripturi,  
percepimus, natales eum debuisse sæpiùs nominatâ Ducali sedi, Gustroviæ,  
in lucem hanc eum, à Parentibus laudatis genitum, producenti Anno  
R. S. MDCLXXVI. mensis Octobris octavo die. Non intermisere Pa-  
rentes, quæ in DEum eorum pietas erat, quin hocce conjugalis amoris  
primum, sed idem, præter spem & expectationem, intervenientibus su-  
pra memoratis Genitoris fati, etiam unicum pignus vitæ nostræ pri-  
mo Auctori, DEO consecrarent, quem impurum à se genitum non igno-  
rabant, lavacro regenerationis ac renovationis Spiritus Sancti à conge-  
nitis peccati fordibus purificatum. Atque sic de divina erga hunc re-  
cens natum suum gratiâ poterant esse certiores, quam & ipse postea per  
vitam in se abundantem expertus est. Quamquam enim, vix octo men-  
ses natus, Patre jamjam orbatus fuerit, Mater tamen amantissima nil  
quicquam desiderari passâ est, quicquid ad ipsius, statim ac puerasceret,  
& in adolescentiâ continuandam educationem commodam facere pote-  
rat, quò utile societatis humanæ membrum evasurus esset. Nec frustra-

C

nea

nea fuit in eum inpenſa cura materna ſollicitudoqve. Poſt tritem con-  
jugis obitum laudanda hæc Vidua domicilium ſuum mutavit, Guſtro-  
via Roſtochium, ubi Parentes ejus jam tum, ut ſupra dictum, habitabant,  
concedens, comparataque ſibi zytho coqvendo apta eoqve jure, pro ra-  
tione Civitatis, gaudente domo, præter rei familiaris curam, quam eam  
gerere ſolam oportebat, filii ſui futuram ſalutem atqve proſperitatem  
curæ ſibi cordiqve habebat. Ita providit, ut ei idonei, initio quidem  
domeſtici, Præceptores præficerentur, qvi, qvatenus ætas ipſius ferebat,  
tam in pietate, quam bonis moribus, eum inſtruerent, præſertim & li-  
terarum ipſum, utpote ſtudiis addictum, rudimenta docerent. Creſcen-  
tibus autem annis, publicæ loci Scholæ commiſſus eſt, fruius in eadem  
ſolida cumprimis B. JOACH. OTTONIS, Rectoris, & B. M. JACOBI  
BURGMANNI, tum Con-Rectoris, poſtmodum in Academia Gr.  
L. P. P. & Eccleſiæ Nicolaitanæ Paſtoris meritiffimi, inſtitutione. Qui  
cum eum benè præparatum atque ſtudiis Academicis fat aptum judi-  
carent, conſenſu Genetricis ſuæ, à t. t. Rectore Magnifico, B. BERN-  
HARDO BARNSTORFFIO, Med. D. ac P. P. in Academicor-  
um Civium numerum cooptatus eſt, nomine ipſius, Anno MDCXCV.  
die 23. Decembris Matriculæ, quam dicimus, inſerto. Docebant  
tum, magnà cum nominum ſuorum gloriâ in Academiâ hac Viri  
jamdudum inter Cœlites recepti, Philoſophiam quidem *Henr. Chriſt.*  
TIJELKENIUS cumprimis, ac *Joah.* LINDEMANNUS; &  
Theologiam, poſt *Juſt. Chriſtoph.* SCHOMERUM, non multo poſt, inſe-  
quentis Anni dominicâ Palmarum vita functum, *Andr. Dan.* HABICH-  
HORSTIUS, *Joh.* FECHTIUS, & *Joh. Nicol.* QUISTORPIUS, quos & i-  
pſe meos quondam, bene de me meritos, veneratus ſum Præceptores, quo-  
rum in ſacris ſtudiis, quibus ſemet addixerat, ſolida informatione gavi-  
ſus fuit. Et eo quidem cum ſucceſſu felices in iisdem progreſſus fece-  
rat, ut non ſemel, ſed iterum atque ſæpius, ſacros in cœtibus Chriſtia-  
norum ſermones publicos habere non dubitaret. Quo in exercitio con-  
tinuando uberioſiorem nanciſcebatur occaſionem, quando Paſtor iſtius tem-  
poris, in hoc Ducatu Jägeloviensis, B. RHENIUS, eum Inſormatorem  
liberis ſuis præficiendum expetebat, utpote cui non minùs ac aliis in  
vicinia circum Eccleſiarum Miniſtris, in Concionibus habendis adjumen-  
to & auxilio fuit. Sparta hac per biennii decurſum, non ſine ſui hoſpi-  
tis approbatione laudeque, functus cum eſſet, majorem nactus eſt, quâ  
tum ipſe ulterius in ſtudiis proficere, tum publico magis inſervire pote-  
rat, occaſionem. In Electoralem qvippe Brandenburgicam Sedem vo-  
cabatur à Per-Illuſtri Conſiliario Intimo ac Commendatore (vulgo Com-  
pter) Dn. ab ARNIMB, duorum illius filiorum ſtudiorum formator gu-  
bernatorque morum ac juvenilis vitæ. Cum iſtis curæ ſuæ ductuique  
concreditis Illuſtris proſapiæ Commilitonibus patriam hanc Academiam  
ſtudiorum gratia petiit, at aliquo temporis ſpatio præterlapſo, Berolinum  
cum iis revocatus, ut ibi ſimul etiam in Artibus & Exercitiis, Equeſtris  
Ordinis & Juvenes & Viros decentibus, in Aulis ſedibusque Principum  
maximè florere ſolit, eò magis inſtituerentur meliusqve. Hic ergo  
diutius commoratus nullam prætermiſit occaſionem obſervandi ac addi-  
ſcen-

scendi, quod olim usui sibi futurum esse rebatur, quale quid sibi, in tam amplo splendidoque loco sapius obvenire, animadvertibat. Unde nec istius temporis, quod ibi locorum peregerat, ipsum vel puduit, vel pœnituit unquam, experientia postmodum edoctus, quantum sibi profuerit illud.

Et sane quam lubentissime plures ibi dies, quin annos integros, trans-egisset, nisi paulatim appropinquans dulcissimæ Matris senium hunc unicum filium revocatum voluisset, atque socias illius in rebus domesticis sibi præbendas manus desiderasset. Hæc enim, quieti se tandem datura, unico huic hæredi suo domum cum negotiis tradere meditabatur. Paruit igitur jussui benevolæ Matris filius obsequentissimus, domum red-ux factus in negotiis tractandis ac administratione rerum illi subsidio ve-nit. Plura hinc itinera suscepit, varia cum primis adiens loca, in quibus commercia florent, cum primariis inibi mercatoribus amicitiam atque negotiationes contracturus. Quandoquidem autem, qui nuper animum ejus occuparat, erga bonas literas studiaque nondum deserbuerat, aut pe-nitus extinctus erat amor, præterire noluit loca, quæ Academias fovent, in specie, permittente sic viæ cursu, Regiomontanam atque Kiloniensem invisens, atque celebriorum ibi virorum, cum iis colloquendo, favorem sibi concilians, sicut & quos alibi locorum offendit eruditos adire, non intermisit. Sed aderat tandem tempus, ex quo non Matris amplius, sed proprio nomine negotia tractaret: quapropter catalogo numeroque Ci-vium loci nomen suum adscribi fecit, vitæ sociam sibi, quando com-modum visum, quæsiturus.

Nec multo post ipsi Civitati officia sua præstandi suppeditabatur occa-sio, cum inter Centum-Viros reciperetur, post paucorum annorum spa-tium in sedecim-Virorum Collegium legendus ac cooptandus. Cum-que tam prudentia in consulendo, quam in exequendo dexteritate mul-ta pollere deprehenderetur, factum hinc, ut ei complura civica munia comitterentur, in quibus obeundis omnem quæ sperari poterat, adhibu-it fidelitatem, omnes in eadem ingenii corporisque vires impendere vo-luptati sibi duxit, cunctorum inde calculum promerens & existimatio-nem. Sic enim nunc silvarum inspectioni præfuit, nunc reddituum ad militaria negotia spectantium (*der Kriegs-Casse*) administrationi ad-junctus, nunc Collegii Zythopeptarum, quod inter primaria hujus loci Civica primum est, Deputatus ac Orator constitutus fuit. Ut alia silen-tio præterire liceat, quæ, quam a me memorari queunt, omnibus ac sin-gulis sunt notiora. Reticendum tamen non erit, cum aliquando in ne-gotiis Civitatis ad Imperatorem CAROLUM VI. *glor. mem.* able-gatos quosdam mittere, commodum visum fuit, inter hos etiam Bea-tum Virum deputatum fuisse, cum ceteris ad audientiam à Cæsareâ Majestate clementissime admissum. Fortassis ultimum, quod in Civico sive stitu Patriæ præstitit, meritum apud posteros, quamdiu quidam futuri sunt, vel mœnia urbis perstabunt, memoriam illius conservabit. Fieri namque solebat, ut incolæ, præsertim medium urbis districtum inhabi-tantes, aquæ dulcis inopiâ nonnunquam laborarent, cui defectui meden-di consilia varia quidem suscepta ac inita fuere, nonnulla quoque, sine ingenti sumtu, aliisve difficultatibus, in effectum vix ac ne vix quidem deduc-

deducenda. Explorato autem, piscinas, quæ aquam per aquæductus & tubos cum urbe communicant, ( vulgo hinc *Pfeiffen-Teiche* ) herbis palustribus ac erraticis, liberum aquæ fluxum impredientibus, tantum non penitus repletas ac obsitas esse, adhibitum consilium est de iis pariter ac fossis aquam afferentibus expurgandis. Hocque negotii ad expediendum B. nostro Dn. SCHMIDIO commissum ac commendatum est, qui rem ita direxit atque moderatus est, ut in posterum, sole licet vehementissimè calente, non facile quædam aquæ penuria sit metuenda, quia abundantissimâ, nonnunquam etiam, ut tempestas & anni vicissitudo fert, superflua in copia præsto fit ac in promptu. Quantum autem curatum, quantum diligentia Beatus operi huic impenderit, vel ex eo intelligi potest, quod per integras duas ætates, in serum autumnum usque, præfens huic operi quotidie semper adfuit, operariorum labores spectavit, operasque iis injunxit ac moderatus est. Adeo rebus istis intentus fuit, ut sæpe ne quidem domum suam repeteret ad cibum capiendum, sed prandium sibi extra urbem mitti iusserit, in aperto campo consumendum. Verum suspicio non improbabilis est, eum hoc pacto naturæ suæ, hæctenus alioquin satis valenti, si non robustæ, haud parum attulisse nocementi, viriumque debilitatis. Nam inde ab autumno Anni MDCCXXXIX. tam de memoriæ quodam defectu, quam de corporis infirmitate plus solito conqueri auditus est. Inprimis autem & præ ceteris omnibus, in singularem laudem Viro Beato vergit sollicitudo, quam in uno plurium locorum sacrorum, ac indigentium personarum sive sustentationem, sive conservationem, diligenter animoque nunquam defatigato impendit. Primum ejus curæ commissum fuit Orphanotrophium, & orphanorum bonum uti tum, sic & postea, quoad vixit, curæ sibi habuit cordique. Nec minus pauperum bono, postquam hospitali à S. Georgio nomen gerenti præfectus, quanta fieri sollicitudine poterat, consuluit, consiliis non solum adjuvans, sed & operibus, charitatis ac beneficiis, licet cum proprio nonnunquam detrimento, certò persuasus, à DEO, bonorum omnium largo datore, compensatum iri, quicquid in pios pauperes boni confertur. Hinc eam in illum fiduciam posuerunt, qui fidelitatem ipsius ac ad juvandum promptitudinem experti fuerant, ut & postea, officio hoc licet jam deposito, ad eum confugerent, quæ salutaria consilia nunquam denegavit. Tandem & templo hinc cathedrali, quod S. Jacobo quondam consecratum, & ab eo denominatum, Antistes, vel si magis Præfectus datus est. Et hoc ejus administrationi novum illud suaviter sonans organon pnevmaticum, cujus exstructioni præfuit, in tantum debet, ut propterea memoriam ipsius sit conservaturum.

In istis, quæ ceu Civis gessit, officiis omnibus ac singulis qualem se Virum præstiterit beatè defunctus, exponere si conarer, næ, quilibet, me non nisi superfluum quid supervacaneumque moliri, judicaturus esset? Quotus quisque nostrum enim est, quem fugiat, eum cum omni tempore, tum omnibus in actionibus suis se bonum Civem adhibuisse, qui vel exactissimi rigidissime Politicorum censuram non sit incursum? Quanta fide prosequutus sit patriam Civitatem, demonstrant exempla, comprobant Concivium & elogia & testimonia. Quantum, experientia

tiâ multa suffultus, in expediendis negotiis adhibuerit prudentiam, quantum promptitudinem ac diligentiam in iis demonstraverit, quam omnium satisfecerit expectationi, vel solus ipse Amplissimus Senatus, ceu testis locupletissimus, contestabitur. Perspectis enim abunde hisce Viri virtutibus, operisque Civitatis bono præstitis, jam dudum eum meritum judicavit, qui in Magistratum veniret, suoque corpori, ceu non ignobile membrum, infereretur. Factum igitur id est Anno MDCCXL. die Matthiæ Apostoli, qui est 25. mensis Februarii, electionis novorum Senatorum solennitati ab Antiquitate heic loci peculiariter destinatus. Quo, cum aliis nonnullis, Noster quoque Senator renunciatus & in societatem Amplissimi Senatus, præviâ introductione consuetâ, receptus. Dubium non est, quin, ex ante actis judicare si liceat, quidnâ vero liceret? multa publicæ rei eximia bona ab illius virtute sperari potuerint, si vitæ nostræ Domino vires ipsius, de quarum diminutione ex infra dicendis constabit, integras servare, vitamque prolongare placuisset. Sed nos in voluntate divinæ Majestatis acquiescere decet.

Talis ita fuit publica B. Senatoris SCHMIDII vita. Nunc igitur privatam illius, ut Biographorum regulas non transgrediamur, etiam contemnemur, in quâ non minus indicia providentiæ divinæ non unius generis videbimus. Quando beatus Vir, ut supra dictum, maternam domum incolere cepit, convertit postea cogitationes in familiam sibi constituendam. Exoratâ proinde primi societatis conjugalis Auctoris benedictione, Anno MDCCVI. cum Virgine tum Nobilissimâ virginaliumque virtutum ornatu florentissimâ, Dn. CATHARINA MARGARETHA FRIESE NIA, Præstantissimi Viri, Primarii heic Civis & Mercatoris, cum viveret, fulgidissimi, Dn. TITI FRIESEN, Natâ, nuptias sacerdotali copulatione munitas contraxit. Perstitit hocce conjugium, per DEI gratiam, integrum usque in annum trigessimum nonum. Vixere conjuges, ad DEI pariter ac hominum beneplacitum, in amore mutuo, sic ut nullius unquam querere vel rogare habuerint reconciliationem. Quapropter benignissimum Numen hoc tam concors Conjugum parsine cœlesti benedictione noluit esse, trium liberorum, in quibus non nisi delectationem atque gaudium invenere, Parentes eos faciendo.

Primogenitus eorum est Vir Præ-Nobiliss. Consultiss. & Excellentiss. Dn. JOHANNES PETRUS SCHMIDT, J. V. D. & Cod. Prof. Publ. Ord. Celeberrimus, Fautor, & Collega noster omni honoris ac amoris affectu prosequendus. Introiit ille in orbem hunc biennio post Parentum nuptias, Anno nimirum Seculi currentis octavo, illucescente 20mo mensis Aprilis die. Gavissus est B. Genitor, quando hunc unicum suum filium, ad majora semper à teneris, quod ajunt, ungviculis contententem, conspexit ita jurisprudentiæ studiis imbutum, ut non solum Doctoratus titulum, Studiorum illud præmium, cum omnium applausu reportaret, sed etiam Doctorum in Academia publicorum numero associaretur. Lætatus porro est, quando is ipse sponsalia celebravit cum Virgine

D

gine

gine Præ-Nobilissimâ, maximarumque virtutum coronâ exornatissima, Dn. HELENA CATHARINA PETERSENIA, Filiâ Illustris & Excellentissimi Viri, Dn. JOH. CHRIST. PETERSEN, ICTi Celeberrimi, Reg. Maj. Magnæ Britan. Consilarii & Dicafterii Saxo-Lauenburgici, quod Ratzeburgi floret, Assessoris fulgidissimi, nec non Consulis Rostochiensium Senioris atqve Primarii, de publica re longe meritissimi; & illustri virtuosarum Matronarum exempli, Dn. WENDULÆ WULFF-RADTIÆ. Consummabatur matrimonium hocce, prævia sacerdotali benedictione, Anno MDCCXXXVI. d. 27. April. ex quo B. noster Dn. Senator unam quidem neptem, quatuor autem nepotes, multæ spei, prognatos vidit, qui hoc ordine in lucem hanc prodire.

I. Primogenita fuit infans mellitissima, Matris Aviarumque virtutum imaginem in hac jam tenerrimâ ætate referens, WENDULA CATHARINA, An. MDCCXXXVII. d. VI. Maji, nata. Quam quatuor excepere fraterculi.

II. Secundogenitus quippe, JOHANNES JONAS DIETERICUS, exclusus utero materno d. 31. Augusti An. MDCCXXXIIIX. Hunc, elapso biennii intervallo, sequutus est

III. HERMANNUS HENRICUS, d. 24. Aug. An. MDCCXL. mundum hunc ingressus. Hinc

IV. JOHANNES PETRUS, Anno MDCCXLII. d. 31. mensis Decembris editus. Et tandem hoc ipso currente Anno MDCCXLV. d. 3. Februarii, postremus, ordine

V. CHRISTIANUS HENRICUS BALTHASAR.

In hocce suo sanguine à se descendente B. Avus multum delectationis invenit, cum primis id sibi gaudio ducens, quod una serie prognatos tres osculatus fuit nepotulos, (ultimum enim, obstante, ad quem redactus jam tum erat, mentis pariter atqve sensuum statu, fortassis noscere non valuit) cum sanguine nomen suum ulterius propagaturos, volenteque DEO, sui memoriam conservaturos. Quod ut eveniat, in iis impleantur omnes pro eorum salute ad DEum fusæ B. Avi preces ac intercessionem, omnia parentum optimorum vota, vovemus.

Sed nec filiabus destitutum fuit Beati Nostri conjugium, lectissimo potius earum pari ornatum. Primum enim progenuit ex suavissimâ Coniuge suâ, currente Seculi præsentis Anno XIimo, d. 13 mensis ejusdem ultimi, filiam primam, vivam virtutum maternarum, in quo spes minimè fefellit, speculum futuram,

Nobiliss. ANNAM ELISABETHAM, quam autumnali tempore  
Anni

Anni *MDCCXLII.* in matrimonium elocavit Viro Nobiliff. Dn. *BALTHASARI GERDES*, Civi heic inter Primarios, Zythopeptæ ac Mercatori florentissimo. Qvi conjuges itidem gratum Avi nomen ei conciliarunt, unius quidem nepotuli,

*JONÆ BALTHASARIS*, Anni sequentis mense Aprili mundum ingressi; & unius neptulæ,

*CATHARINAE MARGARETHÆ FRIDERICAE*, Quibus etiam benedictionem desuper cælestem omnem, ut Aviaë superstiti Parentibusque solatio sint, apprecamur.

Alterâ Beati filia, quam vxor ei An. *MDCCXIII.* Decembr. mensis 28va luce, felici partu peperit, est *Virtuosissima*

*Engel MARGARETHA*, inde ab anni *MDCCXXXIX.* mense Junio Conjux Viri Præstantiss. fulgidissimique, Dn. *MARTINI TIDEMANNI*, apud Wismarienses Mercatoris inclyti Primariique Ciuis. Quæ nec minus B. suum Genitorem duplici fœminei sexus prole exhilaravit,

*CATHARINA DOROTHEA* primum, dein & *DOROTHEA ELISABETHA*, quarum ista mense Junio anni *MDCCXXXIX* lucem hanc adspexit, hanc autem idem Junius mensis anno *MDCCXLII.* produxit. Sit & super eas larga Clementissimi Numinis benedictio, ut in aviaë Parentumque solatium excrescant.

Talis nunc est, quam laudatus suprâ Vir integerrimus, Dn. *JONAS* le *SCHMITZ*, ceu prima illius stirps, in Patriam nostram traduxit ac transplantavit, Familia *SCHMIDIANA*, plures jam apud nos in ramos furculosque, à quibus cum tempore majus illius incrementum expectari poterit, DEO benedicente, diffusa.

Ad reliquam B. nostri Dn. Senatoris vitam ac conversationem quod attinet, opinor non modò, sed persuasus ut quam certissimè sum, si proximam de eâ relationem consignare niterer, quemlibet, frustraneam me suscepturum operam, arbitraturum esse. Qvi namque ab infantia inde, qvi per adolescentiam atque juventutem, qvi in ætate virili senioque, imo qvi per integrum Seculi dimidium Civem loci agens, omnium in conspectu vixit, qvi cum laudandâ dexteritate pariter atqve fide tam varia civica munia obivit, qvi tandem & propterea Senatoria dignitate dignus est æstimatus, is, meo quidem tenui judicio, alienis probitatis virtutumve testimoniis non indigebit. Satis est, Beati Nostri humanitatem erga omnes ab omnibus efferri: beneficentiam ipsius ab egenis eam abundanter expertis, & obitum ejus dolentibus, deprædicari: proximo, qualibet in re, quantum fieri licuit, inserviendi promptitudinem cunctos confiteri: *εὐεργετικῶς* erga familiam suam à Conjuge liberisque summâ cum

tum gratitudine agnosci, & quoad vixerint, nunquam unquam oblivioni traditum iri. Pietatis autem ipsius adversus æternum Numen, Dominum nostrum atque Patrem Cœlestem, testimonium habet luculentissimum omni que dubitatione superius Confessionarii sui, Viri summè Rev. Ampliff. & Excellentiff. Dn. PETRI BECKEN, Academiae nostræ Senioris, Mathemat. P. P. O. Rev. Min. Rostoch. Directoris ac ad ædem Jacobæam Pastoris, de singulis officiis istis immortaliter benè meriti, Fautoris atque Collegæ nostri honoratissimi, Amici à primis annis Academicis jam ultra semi-secularis amicissimi, & affinitate Fratris conjunctissimi. Testatur ille, provocans ad conscientiam, se Virum beatum, quamdiu curam animæ illius gessit, semper DEI cultusque divini amantissimum cognovisse, Verbi prædicati, quousque domo egredi concessum ipsi fuit, sedulum ac attentum Auditorem conspexisse, ordinata divinitus gratiæ atque salutis media frequenter magnaque cum devotione usurpantem, & hæc apud eum effectu salutari non caruisse. Cujus præsertim, in diuturnis illis, quæ ipsi contigerunt, & à quibus charissimos DEI filios non immunes esse, non ignorabat, mentis pariter ac corporis afflictionibus, eum, remittentibus per intervalla doloribus, varia, eaque, quantum homini judicare licet, non fallacia signa & indicia prodidisse, asseverat. Speciatim tantis in adversitatibus nullum unquam impatientiæ signum observatum in eo fuisse, sed potius cor multum in benignitatem divinam confidentiæ spirasse, DEOque se totum tradidisse, auxiliû illius atque beatæ analyseos spe plenum. Neque hanc frustraneam fore, providentia divina permittit, sed exitu malorum corporalium, & animæ cœlesti refocillatione Virum optimum tandem beavit. Intelligentur hæc procul dubio clarius ab illis, qui non præsentibus de ultimis, quæ Defunctum mansere, fati quidquam inaudiverunt, si Medici, cujus consiliis curæque corporis adfvetus erat, Viri Prænobiliff. & Experientiff. Dn. Joh. Christ. STEVERI, Med. D. & Practici Fulgidissimi felicissimique, Fautoris nostri Honoratissimi, relationem hic communicavero, verbis istius propriis ita conceptam :

*Annus jam agitur tertius, ex quo primum insultum Apoplecticum, ex improvise invadentem, sustinuit Vir Amplissimus, nunc beate defunctus. Sonticum hocce malum in tantum quidem debellari se passum est, ut æger e lecto iterum surgere, inter suos & privatos parietes obambulare, & cum familiaribus colloqui aliquadantenus posset; Multum tamen tam corpus, quam animus, a pristino vigore remisit, imo, quod ma-*

8  
ximum, recidivæ, huic morbo admodum consuetæ, nullo artis  
molimine, vel arceri, vel præcaveri potuerunt, Horum etiam  
insultuum recrudescentium expertus est per illud temporis  
spatium, quo curæ meæ fuit concreditus, ast eo gravius affligen-  
tes, quo frequentius recurrebant. Ultimus tandem paroxys-  
mus, sub initium hujus anni ingruens, nobilissimam corporis  
partem, cerebrum puta, quam maxime debilitasse visus est,  
adeo ut abolitis fere omnibus actionibus animalibus, visu  
sc: auditu, loquela &c. sole tantum, debiles tamen, remanerent  
actiones vitales. Sub deplorando tali statu cum gravi sopore  
sepultus sæpissime jaceret, nec cibos capere nec digerere com-  
mode posset, accessit febris lenta, tabida, corpus indies magis  
magisque extenuans, tandemque gravissimo simul morbo ac vitæ  
lugubrem imponens finem.

Contigit ille d. 10. currentis mensis Junii, horam octavam inter &  
nonam vespertinam, anima defuncti præsentium, Conjugis, Liberorum  
& Amicorum aliorum, vtriusque sexus, suspiriis ac comprecationibus,  
gratiæ divinæ, per & propter unici Salvatoris nostri mortem atque me-  
ritum, salvatrici commendatâ. Nec dubitandum est, factas in nomine  
Jesu fiduciales hasce preces, juxta illius promissionem, à misericordia  
clementiâque benignissimi Numinis exauditas esse, cum & ipse jam vi-  
tâ functus, cessantibus subinde paroxysmis, & dolorum vehementia pau-  
lulum remittente, suam fiduciam & spem in DEUM nutu, gestibus aliis-  
que non obscuris signis declaravit. Quamobrem non verè tantum, sed  
velut in ἔξοχῇ quadam de eo cani possit: *Sein Jammer, Trübsal und  
Elend, sind kommen zu ein'm seeligen End.* Id quod Relictis, in eorum  
tristitiâ, solatio esse potest, cui fons omnis consolationis, DEUS T. O. M.  
robur efficacissimum superaddat, iisque semper benè jubeat esse, toto pe-  
ctore precor voveoque.

E

Nostrum

Nostrium autem adhuc, CIVES O. O. HONORATISSIMI! restat officium, tam erga nos ipsos, quam erga piè demortuum ejusque superstitem Familiam in mœrore versantem. Utrique quodammodò, si paratas exequias, ad quas decente humanitate Vos invitatos velim, frequentes comitabimur, satisfacere poterimus. Primo quidem, quia sic occasionem nanciscemur præsentissimam, propriam mortalitatem nostram, quibus cogitationibus menti nostræ nihil utilius, nihil fructuosius, et si rectè rem æstimare velimus, nihil jucundius obvenire potest, meditando. Alteri, quia sic ultimum, ceu Christiana charitas jubet, Defuncto honorem exhibebimus, nos virtutes meritaque Virorum bonorum æstimare ac suspicere non dedidicisse, hoc ipso demonstraturi. Postremo, quia sic non exiguum mœstissimæ Familiæ consolationis præbebimus argumentum. Agite proinde, CIVES! Senatorium hocce funus honorifico comitatu vestro non finite destitutum.  
Valete!

---

### P. P. sub Sigillo Reçtorali Academico.

Ipsò funerationis die 18. Junii, Anno MDCCXLV.

Conventus instituetur in æde Jacobæa, hora 1.


pomerid.




Nostrium




*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



LBMV Schwerin 33  
000 184 241





alta suffultus, in expediendis negotiis adhibuerit prudentiam, quam  
 complitudinem ac diligentiam in iis demonstraverit, quam omni-  
 tisfecerit exspectationi, vel solus ipse Amplissimus Senatus, ceu  
 occupatissimus, contestabitur. Perspectis enim abunde hisce Viri-  
 bus, operisque Civitatis bono præstitis, jam dudum eum prome-  
 judicavit, qui in Magistratum veniret, suoque corpori, ceu non  
 le membrum, infereretur. Factum igitur id est Anno MDCCXL.  
 Athiæ Apostoli, qui est 25. mensis Februarii, electionis novorum  
 rum solennitati ab Antiquitate heic loci peculiariter destinatus,  
 cum aliis nonnullis, Noster quoque Senator renunciatus & in socie-  
 Amplissimi Senatus, præviâ introductione consvetâ, receptus.  
 m non est, quin, ex ante actis judicare si liceat, quidnâ vero liceret?  
 publicæ rei eximia bona ab illius virtute sperari potuerint, si vitæ  
 Domino vires ipsius, de quarum diminutione ex infra dicendis con-  
 integras servare, vitamque prolongare placuisset. Sed nos in vo-  
 divinæ Majestatis acquiescere decet.

publica B. Senatoris SCHMIDII vita. Nunc igitur pri-  
 Biographorum regulas non transiliamus, etiam con-  
 nâ non minus indicia providentiæ divinæ non unius ge-  
 Quando beatus Vir, ut supra dictum, maternam do-  
 pit, convertit postea cogitationes in familiam sibi con-  
 ratâ proinde primi societatis conjugalis Auctoris bene-  
 DCCVI. cum Virgine tum Nobilissimâ virginaliumque  
 florentissimâ, Dn. CATHARINA MARGARETHA  
 Præstantissimi Viri, Primarii heic Civis & Mercato-  
 fulgidissimi, Dn. TITI FRIESEN, Natâ, nuptias sacer-  
 munitas contraxit. Perstitit hocce conjugium, per-  
 grum usque in annum trigessimum nonum. Vixere  
 pariter ac hominum beneplacitum, in amore mutuo,  
 vam quærere vel rogare habuerint reconciliationem.  
 gnissimum Numen hoc tam concors Conjugum parsi-  
 ctione noluit esse, trium liberorum, in quibus non nisi  
 que gaudium invenere, Parentes eos faciendo.

s eorum est Vir Præ-Nobiliss. Consultiss. & Excellent-  
 NES PETRUS **SCHMIDT**, J. V. D. & Cod. Prof.  
 rrimus, Fautor, & Collega noster omni honoris ac a-  
 seqvendus. Introiit ille in orbem hunc biennio post  
 , Anno nimirum Seculi currentis octavo, illucescente  
 rilis die. Gavifus est B. Genitor, quando hunc unicum  
 majora semper â teneris, quod ajunt, ungviculis conten-  
 it ita jurisprudentiæ studiis imbutum, ut non solum  
 m, Studiorum illud præmium, cum omnium applausu  
 am Doctorum in Academia publicorum numero affo-  
 is porro est, quando is ipse sponsalia celebravit cum Vir-  
 D gine

